

Ye
3509



XI, 84.

Vitebergensia academica miscellanea.
1580 - 1619.

x



35M

LAVRENTIVS FABRICIVS

Magister liberalium artium, & Hebrææ
linguæ Professor.

In Academia VVitebergensi

AD
PIETATIS, ET SANCTÆ
Hebrææ linguæ, Studiosos.



VVITEBERGÆ
Typis Cratonianis Anno
M. D. CII.

LAURENTIUS

FABRICIUS

Magister Laurentius Fabricius, &c.
Hortus Proletus

Laurentius Fabricius

Urbis Hortus Proletus
Hortus Proletus



WITTEBERGA
Typis Gratonianis Anno
M. D. CII





CIRCULARES OPE
ras eorum esse, qui artes singulas,
certasq; lingvas profitentur, no ve-
runt omnes quotquot τὴν ἐγκυκλοπαι-
δείαν scientiarum didicerunt, ean-
demq; cum fructu alios docuerunt.
Horum enim labor à capite ad cal-
cem; vel contra, à calce ad caput,
tanquam in quodam δίαυλῳ perpetuò decurrit, ut non abs-
similis esse videatur tela Penelopes, quam textam, subin-
de retexuit. Labor hic reciprocus fructum maximum
discipulis exhibet. Nam hoc modo artis præcepta sin-
gula, suis circumscripta limitibus, per suas areolas, sine
rudi βαττολογία, obscura ὑπερολογία, & tædiosa ταυτολογία,
eruditè explicantur: Ne opus sit, ea quæ circa caput semel
explicata sunt, iterum circa umbilicum aut calcem ἀπαιδέυ-
τως inculcare. Deinde hic decursus finibus cuiusq; artis
peragratis, singularumq; areolarum dogmatibus explicatis,
jubet partem longè nobilissimam, quæ ἐγκαταλήψεων πρᾶξις
nuncupatur, considerare, ut præceptorum traditorum
usus, se foras proferat, & quod commodum in vita commu-
ni, ista præstent, exemplis optimorum authorum luculen-
ter demonstrat. Indecorum enim & infructuosum est, sic
artes lingvarumq; præcepta docere, ut inter scholarum pa-
ries duntaxat ista delitescant, nec quis horum usus sit, extra

scholas in singulis vitæ generibus, cognoscatur. Hoc Professorum artium & linguarum institutum, Socrates ille sapientissimus vehementer probavit & studiosè frequentavit.

Cùm enim Socratem post longum temporis intervallum, amicitiae veteris causa, Hippias Philosophus tam liberalium quàm mechanicarum artium peritus (ille qui audiente penè cuncta Græcia gloriabatur, annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. Cic. de orat. 3.) conveniret, & Ἰππικῶπων ex Socrate quæreret, utrum adhuc eandem materiam easdemque disputationes quas jam olim ex ipso audivisset, tractaret? Imò inquit Socrates, ἔ μόνον ἀεὶ τὰ αὐτὰ λέγω, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν; non modo semper dico eadem, sed & de iisdem, perpetuò eadem loquor. Ut memorie prodidit Atheniensis illa apicula Xenophon lib. 4. memorab. Socratic.

Vestigis hujus Socratici instituti, ego quoque, cui professio Sanctæ lingvæ in hac VVitebergensi Academia demandata, insistens, secundum hunc διάυλον decurro. Nam labor professionis meæ est duarum partium: prior complectitur τῶν ἐγκαταλήψεων Grammaticarum, de sancta lingvæ ἐρμηνείῳν: altera vero earundem ἀνάλυσιν seu ἔσκησιν, usus uberius demonstrationem. Ἐρμηνεία nostra theorematum Grammaticorum materiam, ex institutis Doctorum Hebræorum in certam classem digestam, Christianorum vero Hebræorum industria & docta methodo digestam, interpretatur. In hac præcepta κατ' ἀφάρισιν, more Astro-

ſtronomorum, à ſingularibus exemplis remotius abducta, &
ad κοινωρίων γενικωτάτην relata; ut deinceps omnibus ſingula-
ribus in quovis genere commodius applicari queant, enar-
rantur. Studemus hic homogenea & propria præcepta quæ
ejuſdem familiæ & artis ſunt explicare, ea verò quæ ſunt
alienæ familiæ & heterogenea, levi cura tangere. Damus
& hoc operæ, ut explicatio κατὰ τείραν methodicam decurrat,
quando præcepta ſuum in ſyſtemate Grammatico locum oc-
cupant, ne monſtroſè luxata jaceant. Sic capiti ſuæ par-
tes, brachijs & pectori ſimiliter ſuæ tribuuntur: umbilico,
pedibus, & plantis, ſimiliter ſuæ assignantur. Et ca ve-
mus ſtudioſè ne membrum eſſentiale capitis, circa pedes ex-
plice mus. Studemus præterea integritati in hac no-
ſtra Grammatices Hebrææ Lingvæ explicatione, ut inte-
grum Grammaticæ corpus eſſentialibus partibus, Etymolo-
gia & Syntaxi, quibus Orthographia & Profodia pariter
ſuo loco adhibentur, contineatur: propè majorem curam
habentes ſtructuræ Hebrææ quam à vulgo Grammati-
corum ferè neglectam videmus, qui aliud quaſi agentes,
hanc vix attingunt, quod no verunt omnes, qui Grammati-
cos libellos aliquot evolverunt, Pars una hæc eſt noſtri la-
boris. Huic, ubi colophonem impoſuimus, verè Αγω-
λοδομοῦντες ad principium laboris noſtri revertimur, verum
non confeſtim, careret enim noſtra hæc præceptorum
ἐπιλωεία ſuo fructu. Quis enim foret enarratorum axioma-
tum uſus? Quæ non ſua de cauſa, ſed propter alium præ-
ſtantiorem finem, cui viam iſta ſternebant, explicantur:

A 3 nempè

nempe propter nobilissimam & divinissimam Hebraei sermonis cognitionem. Idcirco priusquam in *Δεύλω* nostro ad capitis explicationem revertimur, in *ἀσκήσει* seu *πράξει* sermonis Sancti nostros Auditores multum exercere conamur. Lubentes enim, ut speramus, omnes penitiorē doctrina imbuti, hoc nobis citra invidiam largientur: Præcepta artium brevia, usum verò istorum frequentissimum & multiplicem esse oportere.

Nisi forte aliqui sint, qui malint discipulos Grammaticis præceptis solis immori, & in illis tanquam ad cata-dupa consenescere & obsurdescere.


Nobilioris finis causa ista docentur & discuntur, ut cognitio sermonis Hebraei exactior acquiratur. Ideo circa hanc multum sudamus & hanc crebrius Auditoribus inculcamus. Palæstra hæc in scriptis Canonicis Veteris Testamenti nobis ubiq; aperitur, in concionibus populi Hebraei, in sermonibus Sanctissimorum Prophetarum, qui ut ipsi de Hebræa gente orti fuerunt; ita propriè, concinnè, usitatè, & purissimè sua lingua locuti sunt, huiusmodi Magistri alibi nusquam inveniuntur. Horum mentem & sermonis leporem totis viribus, diuini codicis libros lustrando, brevioresq; in nostri Auditorij usum secernendo, vestigamus & studiosè intuemur. Hæc nostræ operæ ratio studiosis sanctæ lingvæ, & Theologiæ, pluribus verbis commonstranda erat, ut isti quid in nostra schola Hebræa agatur, exploratum habeant. Cum igitur nunc satis, quantum circulus nostri *Δεύλω* ferebat, in Prophetis usum præceptorum Grammaticorum

rum

rum sæpius à nobis explicatorum ostendimus: ideo *Ἀνάλω*
hoc reciproco reuocati, ad institutam Grammatices expli-
cationem reuertemur; ac post enarratas proluxiores, quo-
rundam Grammaticorum institutiones, vice hac nostro
Auditorio inseruiet *ISAGOGÆ* Grammatica
Reudeniana, quæ licet paucis folijs discentibus exhibeatur;
omnes tamen areolas & classes præceptorum Grammaticos-
rum breuitate mira, & methodo docta discentibus, ob oculos
ponit, cuiusmodi *Isagogas* iussu *Diui AVGVSTI Saxonie*
Ducis & Electoris requirit, cuius sententiam hic recita-
mus: Cum hæc lingua magis usu, quam præceptis addiscatur;
tale compendium præceptorum Grammaticorum erit dis-
centibus explicandum, quod summè necessaria ad cognitio-
nem sanctæ lingvæ exhibeat instrumenta, ne studiosi multi-
tudine præceptionum, ab hac sancta lingva absterreantur.
Ordinem proinde istam ad proximum diem lunæ, in cuius
explicatione, plura auribus, & memoriæ auditorum commise-
suri sumus, quam calamo, ne centiloquio multis usitato dicta-
torum, temerè tempus præfixum nobis eripiatur. Operamq;
nostram ita arctabimus, ut Grammaticæ Hebrææ explica-
tionem, anni quadrans capere queat. Et quia in *AMOS*
Propheta reliqua sint adhuc pauca quedam capita, illa quoq;
parte altera nostri officij quæ circa *ἀνάλωσις* est occupata,
hebdomatim simul continuabimus, ut Grammatices explica-
tionem, & Prophetæ hujus considerationem, idem finis exci-
piat. Admonere studiosos multis, ad auscultationem *Ἀνάλω*,
Grammatici, opus non est, noverunt singuli (utinam id sins-
guli quoq; diligentius apud animum expenderent) quid è re
sua

sua sit, quid ipsos deceat, quid illos ornet, quid ipsorum
eruditionem augeat. Idcirco ipsi sua sponte hoc opera da-
bunt, ne hostes Dei in hoc studio illis palmam prae-
cipiant, ne ab istis in studio Theologiae, sed e ignorantia arguan-
tur, vel Deo Ecclesiaeque illius, rationem gravissimam, de ne-
glecta sancta lingua reddere cogantur, qui munia sancta
ambire non desinunt, quibus sunt longe impares. Gnavis &
bonis haec sufficiunt, Ignavis & malis non item, vel si plus
ra dicerentur. Valete & discendo Dei linguam, Deo be-
nedicto sacrificate. P. P. Anno 1602. die
30. Maij. ipso Festo Trinitatis,





[Illegible handwritten text on a small paper label]



LAVRENTIUS
FABRICIUS

Magister liberalium artium
linguæ Professor

In Academia Vitebergensi

PIETATIS, ET
Hebrææ linguæ



VVITTEBERGENSI
Typis Cratonianis
M. D. C. C. C. C.



a

//

M

